UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita Brevis S. Martiani, Rauennatis Archiepiscopi. Vt habetur libro primo historiarum, Hieronymi Rubei, de gestis Rauennatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42716

Visual Library

crucis ſigno benedicta, à ſæuis hoſpitibus liberata eſt. Sed & aliam puellam, immũdo vexatam ſpiritu, benedictione ſanauit.

Cùm autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad ſe ciuitatis Nicienſis antiſtitẽ, vt eum poſt mortem ſepelire dignaretur. Inſtante igitur mortis hora, cathenas quibus vinctus erat, depoſuit; & corpuſculum, quod ſcatentibus vndique vermibus, intolerabili cruciatu afficiebatur, humi proſtrauit: deindè tota mẽte precibus intentus, vim lachrymarum profudit: eleuatiſque ad cælũ manibus, gratias Deo agens, ſpiritum tradidit; Et ſtatim omnes vermes illi, qui ſanctos artus perforabant, euanuerunt.

Obitus eius.

C. Baron. in not. mart. Rom.

VITA BREVIS S. MARTIANI, Rauennatis Archiepiſcopi. Vt habetur libro primo hiſtoriarum, Hieronymi Rubei, de geſtis Rauennatum.

22. Maij.

S. Apollinaris, Rauẽnatum Apoſtolus, diuinitus factus certior, fore, vt breui Rauẽna exularet, ac ſubita opprimeretur calamitate, capiteque oppugnaretur: ne Rauennatem eccleſiam, abſque paſtore relinqueret, duodecimo poſtquàm acceſſerat anno, ſacerdotes binos inſtituit, Aderitum & Calocerum, Diaconos verò Martianum, virum nobiliſſimum & Eleochadium, ſummum philoſophum. Cæſo igitur Apollinare, poſt Eleochadium, in Rauennati Archiepiſcopatu, Martianus à Deo demiſſa columba electus, ſufficitur; natus ſublimi loco vir, tamen iuſtè, ac temperanter vitã degebat. & tanto flatus ardore animi, Chriſtũ prædicabat, vt animis Rauennatũ ardentẽ, excitaret omnium animum

Martianus diuinitùs deſignatur Epiſcopus.

um amorem; multique nullis rerum aduerſarũ ſtibus frangi, neque oppugnationibus nefariorum, de gradu pietatis deijci potuerint: ſed calamitates omnes, tandemque necem pro Chriſto libentèr pertulerint. Plurimos ſacris initiauit: cumq; rerum admirabilium gloria clariſſimus eſſet, cæleſtẽ in patriá abijt, vndecimo Kal. Iunij: atque, vti ex vetuſtiſſimis ſcriptis collegimus, in D. Eleochadij, ſepulturæ traditus eſt, Anno Domini, ſeptimo & vigeſimo, ſupra centeſimum, dũm Aelius Hadrianus * imperaret. *Fuit is 8. eius Imperij annus C. Baro. to. 2. Annal.*

MARTYRIVM SS. DONATIANI ET Rogatiani, ex eo quod optima ſide apud Surium extat, cui vetuſtiſſima adſtipulatur Martyrologia. Conſummati ſunt, circa annum dominicæ incarnationis 303. ſub immaniſſimo præſide Rictiouaro.

24. Maij.

CVm Diocletianus & Maximianus Romani Imperij ſceptra tenerẽt, ſuiſq; præceptis & edictis crudelibus, Chriſtianum nomen, obliuione ſempiterna conterere niterẽtur, erat in vrbe Nãnetica, iuuenis quidam Donatianus nomine, genere clarus, ſed fide multo clarior; qui in ipſo iuuentutis ſuę feruore, maturioris animi fræno, turbulẽtos adoleſcentiæ motus tẽperabat: & ne inter ſpiritalis nequitię procellas lapſum incurreret, in timore Domini proſperè vitæ curſũ dirigebat. Qui mox, vt deſpectis idolis luſtralibus aquis expiatus Chriſto nomen dedit ſine metu aliquo, triũphũ Chriſti oris ſui buccina, miles fortiſſimus, in populo decantauit, & inſtar optimi agriculæ, fruges beatæ fidei in gentilium pectora ſeminauit. Qua ſancti viri *Donatianus egregius iuuenis.* opini-